

HEROICUM  
S A L V E,

QUO  
ILLVSTRISIMOS

D N N.

DN. HENRICUM,

LIBERUM BARONEM A FRISEN,

DYNASTAM IN Schönfeld / Puzkau /

Jessen / & Grauppa /

SERENISS. ELECT. SAXON.

IN CONSIL. SANCT. SENAT.

ET COMITEM CUBICUL.

NEC NON

DN. CAROLUM,

LIBERUM BARONEM A FRISEN,

DYNASTAM IN Rôthau & Kotta /

SERENISS. ELECT. SAXON.

ITIDEM IN CONSIL. SANCTOR.

SENAT. ET COMITEM CUBIC.

INQ;

SUPREMO SENATU ECCLES.

PRÆSIDEM,

DOMINOS SUOS GRATIOSIS.

QVUM

INCLYTAM LUSAT. SUPER. URBEM

GORLICIVM,

ELECTORALEM DRESDAM E SILESIA

PROFIT. VIAL. REVERSURI,

INGREDERENTUR,

IN IPSO INGRESSU,

XIII KAL. XBRIS

A. E. C. clv lvc LXVII.

HUMIL. EXCIPIEBAT,

HEROICOS POETAS SEQVUTUS,

CHRISTIANUS FUNCCIUS,

GYMNASI GORLICENSIS

RECTOR.




GORLICII, TYPIS CHRISTOPHORI ZIPPERI.





HEROICUM  
S A L V E  
DNI  
DNI HENRICUM  
LIBERUM BARONEM A FRISEN  
DIS. SACR.  
QUOD. BONUM. FAUSTUM. FELIXQ. SIT.  
URBEM. INGRESIS.  
LIBERIS. BARON. A. FRISEN.  
MUSARUM.  
TUTOR. OPT. MAX.  
GYMNASI. GORLICENS.  
SOLIBUS. ORIENT.  
AC.  
SOSPITATOR. SUMMIS.  
INTER. VOTIVOS. ORD. OMNIUM. PLAUSUS.  
ET. RELIGIOSA. SALUTANT.  
PATRUM. OSCULA.  
HOC. QUICQUID. EST. CHARTÆ.  
CONSECRAT.  
OBSTRACTIS. TANTOR. HEROUM.  
CULTOR.





Os SALVETE DII (mens non est  
addere plura,  
SEMOMAS SIQUIDEM HAUT FAS  
EST AMBAGE MORARI)  
Magni, inquam, SALVETE VIRI!  
PRÆNOBILE SANGVEN,  
Dum Proceres plaudunt Urbis, signantq; lapillo  
Hanc meliore Diem, SALVE! SALVETE BARO-  
NES,

Queis ternæ Pueræ certatim & Cypria Princeps  
Alma suas agiles fudere in munera dextras!  
Vos SALVERE jubet per me pia turba SORORUM  
NISSIADUM: SALVERE jubet pius ORDO DO-  
CENTIS

DISCENTISq; CHORI, quem GORLICENSE LY-  
CEUM

Ambrosiæ saturum succo videt atq; solutum  
In laudes persæpe Virum, comitante Sorore  
Enceladi Cœi q;, catâ comitante Minervâ,  
Ire per immensos, postquam data copia, campos,  
Et spatium sanctè Vatum servare priorum.  
Ingredere, HEROUM SANGVIS GENEROSE,  
tuoq;

Præsentis dignare invisere numine tecta  
GORLICII nostri, atq; ejus assvesce vocari  
SOL ORIENS hodie, roseos per nubila vultus  
Expandens, radiisq; meris loca cuncta serenans.  
Succedet Vobis, FRATRUM GENEROSA PRO-  
PAGO,

Mitis hyems, dirâ nunquam quæ grandine certet,  
Nec terras Riphæo Aquilone aut frigore lædat,  
Sed placido tepeat Zephyro: Ver inde serenum

Arbo-



Arboribus frondes & apertis gramina campis  
Restituens: Plenis mox ardens messibus Æstas,  
Mollibus & pomis gravidus Bacchiq; racemis  
Auctumnus cornu cum divite, rite sequentur.  
Tempora dum verò tot fausta heic ominor Anni,  
Ipsa Dies, nostram quâ vester factus in Urbem  
INGRESSUS, sed & EGRESSUS quâ factus ab Urbe,  
Omni nobilior lustro sit: Cuncta loquatur  
Hanc tellus: Variis hanc lætæ in floribus Horæ  
Scribant: Hanc memores ducant in secula fasti,  
Ut memoretur in Orbe diu, Geniumq; perennem  
Atq; ortus sine fine novos videatur habere,  
Pieridum celebris celebret quos turba quotannis,  
Blandoq; indigetis consignet nomine Solis,  
Seu quos, gemmilegis & quâ Sol surgit ab Indis,  
Quaq; iterum caput Hesperico bene marmore condit,  
Lauricomi dicant Cygneo gutture Vates.  
VIVITE, quod superest, DOMINI: Vos VIVITE vi-  
Morbis absq; malis mollem Pyliamq; senectam! (tam  
ENSIFERO, PATRIÆ, VOBIS & VIVITE MU-  
SIS!





135

213.

# HEROICUM SALVE,

QUO  
ILLVSTRISIMOS

DNN.

DN. HENRICUM,

LIBERUM BARONEM

DYNASTAM IN

*Jessen/ & C*

SERENISS. ELE

IN CONSIL. SA

ET COMITEM

NEC

DN. CAROLUM

LIBERUM BARONEM

DYNASTAM IN

SERENISS. ELE

ITIDEM IN CONS

SENAT. ET COM

SUPREMO SENAT

PRÆSI

DOMINOS SUOS

INCLYTAM LUSAT

GORLICENSIS

ELECTORALEM DRE

PROFIT. VIAL.

INGREDER

IN IPSO IN

XIII. KAL.

A. E. C. clo

HUMIL. EXCI

HEROICOS POETA

CHRISTIANUS

GYMNASII GORLICENSIS  
RECTOR.



GORLICII, TYPIS CHRISTOPHORI ZIPPERI.

133

